



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 361. Usque Ad Annum 395

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1758**

**VD18 90117786**

§. 20. S. Hieronymus Romæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66032](#)

Sæculum IV. tur, invenit; eadem ipsi ægrotanti  
A. C. 382. rorâ charitate inserviit; S. Ascolus The-  
 salonicensis quoque ad ægrotum invi-  
Ambr. ep. 15. summo decumbentis solatio, nunquam  
n. 10. enim antea eum viderat; ergo perven-  
 fæculi mores deflentes, mutuis lacrymis  
 sua vestimenta humetarunt.

## S. XX.

## S. Hieronymus Roma.

*Hier. ep. 11.* Sanctus Hieronymus in ista Romana con-  
 versatione S. Damaso Papæ familiaris  
*c. 3.* fuit, eumque in scribendis Epistolis ju-  
*Ep. 99. ad* vabat, & Rescriptis, quæ, pro consilio  
*Asell. ap.* rogatus, ad diversa Ecclesiarum Con-  
*Hier. ep. 124.* cilia dabat. Brevi tempore omnes S. Hir-  
*144. 145.* ronymum magni facere, ejusque mōrum  
*Præf. in E-* sanctitatem, humilitatem, & facundiam  
*vang. ep. 145.* amare cœperunt, omnes virum Episco-  
 patū dignum censebant. Damasus Papa  
 virum jam antea sæpius de variis Scri-  
 pturæ quæstionibus consuluerat, eum-  
 que ad emendandam latinam Versionem  
 Novi Testamenti hortatus fuerat, cum  
 ergo Hieronymum Romæ apud se habe-  
 ret, ut labores suos in S. Scripturam con-  
 tinuaret, auctor fuit. Illo tempore, quo  
 Romæ fuit, verosimiliter creditur, Tra-  
*Ep. 142. 143.* ctatum in visionem Cherubinorum Isaïe  
 146. composuisse, & in Parabolam filii Prodi-  
 gi, quem utrumque aliis scribentibus di-  
 stavit, cum ipse oculis laboraret; item  
 versio-

versionem duarum Homiliarum Origene<sup>saculum IV.</sup>  
nis in Cantica, & correctionem Psalterii<sup>A. C. 382.</sup>  
secundum Septuaginta. Illo etiam tempore,<sup>Post. ep. 151.</sup>  
& S. Damaso Papa luce fruente,<sup>Præf. in Ps.</sup>  
scripsit contra Helvidium, Auxentii Di-<sup>Ep. 50. ad</sup>  
scipulum, qui librum ediderat, quo, se<sup>Pamm. c. 7.</sup>  
quidem judice, ostenderat ex Scriptura,<sup>Gennad. in</sup>  
S. Virginem, Domino nostro nato, ex  
S. Joseph alias liberos peperisse; tum ad  
Thesin transgrediebatur, & affirmabat,  
Virginitatem nullatenus Matrimonio  
esse meliorem. Is error in Oriente dis-<sup>Sup. XVII.</sup>  
seminatus, ut vidimus, dum de Antidi-<sup>§. 26.</sup>  
comarianitis locuti sumus, in Occiden-  
te etiam serpere cœperat. S. Hierony-  
mus aliquamdiu Helvidii scriptum tum  
ob Auctoris obscuritatem, quem non no-  
verat, quamvis & ipse Romæ ageret,  
tum ob vile operis pretium, sprevit; tan-  
dem amici persuaserunt, ut responderet;  
atque clare demonstravit, nihil in Scri-  
ptura inveniri, quod opinioni in Eccle-  
sia receptæ adversaretur, Mariam sem-  
per Virginem mansisse, & S. Josephum  
Virginitatis ejus custodem fuisse. Imo  
propugnat, sanctum Virum Virginitatem  
servasse. In hoc libro Virginitatis vir-  
tutem extollit, & Matrimonii laudibus  
nihil detrahit. Circa idem tempus Dia-  
logum contra Luciferianos scripsisse cre-  
ditur, qui Ursini Sectatoribus juncti, tur-  
bas ciere in Damasum Papam non desi-

Xx 5 stebant.

c. 8.

c. 9. in fin.

Sæculum IV. stebant. In isto Tractatu S. Hieronymus  
A. C. 382. luculenter ostendit ex actis Concilii Ari-  
minensis, qua ratione Episcopi decepti  
*Sup. l. XIV.* fuissent.

§. 14.

Cœterum nihil S. Hieronymo, quam-  
diu Romæ mansit, tantum negotiorum  
faceſſivit, quam responſa danda iis, qui  
eum ſuper S. Scriptura conſultabant, præ-  
cipue Matronis Romanis; nam quamvis  
viri modeſtia, quantum poterat, earum  
occurſum vitaret, majus tamen in eo

*Epift. 99. ad perquirendo erat fœminarum ſtudium;*  
*Asell. ep. 16. iſtarum numero S. Marcella, S. Asella,*  
*ad Princip. ſoror ejus, & Mater earum Albina ſunt*  
*e. 3. præf. in accenſendæ. Marcella brevi tempore,*  
*ep. ad Galat.*

& in compendio Doctrina proficiens,  
quam ſibi S. Hieronymus longo labore  
comparaverat, ſæpe eum exinde, ut ex  
*Ep. 136. 137. Epiftolis apparet, consuluit; ea septima*  
*&c.* post primas nuptias mense vidua, move-  
ri non potuit, ut deinde novo fœdere  
jungeretur Cereali, viro, ætate quidem  
gravi, ſed nobilissimo, & opulentissimo,  
qui ſub Constantio Romæ Præfectus, &

*Ep. 10. ad*  
*fur.* anno 358. Consul fuerat. Longiſſimam  
viduitatem tanta morum puritas com-  
mendavit, ut nemini unquam malæ rei  
ſuspicio exorta. In domum ruralem pro-

*Ep. 16. ad*  
*Princip.* pe Romam ſeceffit, ubi diu cum filia ſua  
Principia Virgine vitam Monasticam du-  
xit; & pium earum exemplum magno  
Monasteriorum, virorum, Virginumque

pume-

numero originem dedit. Jam pridem, Sæculum IV.  
nempe annos ante quadraginta pietatis, A. C. 382.  
& vitæ Monasticæ amor S. Marcellæ in-  
fillatus fuerat, cum S. Athanasius sub Ju-  
lio SS. Pontifice anno 341. Romam ve- *Sup. l. XII.*  
nit; tunc enim ipso docente S. Antonii, *§. 20.*  
adhuc dum viventis institutum, & Disci-  
plinam Mónasteriorum S. Pacomii pro  
viris æque ac fœminis didicit.

§. XXI.

*S. Paula.*

Paula Marcellæ amica, atque inter Ma- *Hier. ep. 27.*  
tronas Romanas, S. Hieronymi Disci- *ad Eust. §. I.*  
pulas, facile illustrissima, ex Rogato &  
Blesilla parentibus orta erat. Pater e-  
jus genere Græcus, gentis suæ originem  
ab Agamemnone repetebat. Mater a  
Scipionibus, & Grachis genus ducebat.  
Paula Julio Toxotio in matrimonium da-  
ta est, viro ex familia Julia, atque ideo  
ex Julii, & Æneæ sanguine. Genuit tres  
filias, & filium unum. Filiarum primo- *Ep. 22. ad*  
genita, ab aviæ nomine Blesilla dicta, se- *Eustoch. c. 6.*  
ptem non pluribus mensibus in matri- *Ep. 25. ad*  
monio vixit, quod & Marcellæ contige- *Pauli.*  
rat, & relicta est vidua, viginti annos na-  
ta. S. Hieronymus, Romæ agens, eidem  
librum Ecclesiastici interpretatus est, ut *Ep. 116. ad*  
contemptum mundi insinuaret. Roga- *Paul. &*  
vit ipsa, ut sibi commentariolum hujus *Eust.*  
libri abiturus relinqueret, quo Scriptu-  
ram